Panegyris in Laudes Beatiſsimæ Virginis MARIÆ.

IV.

Is est pulcherrimi solis, gemmeúmq; iubar
diffundentis splendor, eáq; fulgurantis effi-
cacia, ut eundē fixa lippientiū oculorū aciē,
ac debili obtutûs nostri perspicacia diutiùs
intueri, considerareq; nisi iā occaſui proximū
non valeamus. Talis profectò Auditores Relig:
erat ille lætiſsimi, Feliciſsimiq; Natalis diei
Glorioſiſsimæ Virginis fulgor, talis rutilantis
per octo dierū spatiū Festivitatis magnitudo,
ut eā ceu calidiſsimū solē intueri, intuendóq;
oratione perſequi neutiquā poſse viderer, nunc
verò cū decussata nonnihil luce occaſū quaſi fierit,
nec infirmā poſsit offundere animorū aciē, eandē
paulisper vestrâ veniâ considerabimus, atq; cui

License: CC-BY-NC – Zürich, Zentralbibliothek, Ms. D 147, f. 41r – Collection of oratory practice pieces in Latin by novices at the monastery of St. Gall, 1660 (http://www.e-codices.ch/fr/zbz/D0147/41r)